



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Montææ
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Ægritudo exteris perdolitæ. 60

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 127

iube iterum me toto fieri, quod
vales.

LX. *Ægritudo exteris pers
dolita.*

V T rescitum interea per vr-
bem fuit, Vbaldinum diffi-
cili morbo conflictari; multis
continuo argumentis apparuit,
quanta de adolescentis vel gene-
re, vel (quod veri mihi similis
videtur) indole, virtutisque apud
Romanos vigeret existimatio.
Certatim nobilissimi quique,
aut viri principes, vel per se ipsi
adire, vel suam vicem alios, qui
adirent, viserentque ablegarunt.
In his eminuit Franciscus Car-
dinalis Barberinus: cuius exi-
mios erga se fauores compertit
Antonius ex Comite Garpegna
per illustri viro, ea de causa mis-
so, ut agro omnia ab humanis-

F 4

fimo

simo Principe prolixè pollice-
 retur. Ex osculatus hic propen-
 sam optimi Cardinalis volun-
 tatem; quicquid ad grates ha-
 bendas aut dici ab ægro; aut agi
 tunc oportebat, nihil prætermi-
 sit. Religiosi eòdem acciti, cum
 decumbentem officiosè salutas-
 sent, quæque ei esse consolando
 poterant, multa disseruissent, ita
 recesserunt, vt pro recuperanda
 eius sanitate, preces facturos se
 dicerent. Quibus ille grates qui-
 dem habere se respondit; ceterum
 maiores habiturum, si precibus
 suis id operam dent, vt vtramuis
 in partem, pro Dei erga se vo-
 luntate, decernatur. At alios cir-
 cumstantium cum fortè sensis-
 set curiosè magis aliqua, quam
 piè, loquitantes, facile interrumpit:
 monstrato non obscure fa-
 stidio:

fid
 huc
 nar
 feri
 fari.

I N
 m
 cor
 per
 nur
 feri
 figu
 tur
 neq
 nur
 ster
 illi
 fun
 ties
 tiur
 deo

scidio : & miratus esse, quos adhuc delectaret fabulas concinnare, dum oculis suis viderent seriam mortem in vicinia grafari.

LXI. *Mors nuntiata.*

I Nter hæc morbus remedio maior, spem opemque medicorum expugnarat. Moniti super eò periculo præfides Vbaldinum aduent : capitis vitæque discrimen & mortis non ambigua signa, tristes indicant. Hortantur : maectè virtute esse pergat, neque hoc supremæ necessitatis nuntio: quo ceterum vulgus cõsterneretur, expauescat, esse hunc illi dolorum laborumque occasum, qui vitæ feliciori (iam quoties expetita?) præludat. Nuntium accepit Antonius vultu ad eò nihil turbato, vt ridenti ge-